


**BULA DE BENEDICTO XIV, DE 27 DE MARZO DE 1744, POR LA QUE EL PAPA REFRENDA EL BREVE DADO POR CLEMENTE XI EN 1701 Y LO AMPLÍA A LAS FACULTADES DE DERECHO CANÓNICO Y CIVIL, MEDICINA Y MATEMÁTICAS.**

Por esta Bula los estudiantes del Convento de San Agustín de La Laguna, con independencia de su pertenencia o no a la orden agustina, y previo el pertinente examen realizado en el convento ante cuatro doctores o licenciados de la Facultad correspondiente, podían recibir los grados de Bachiller, Licenciado, Doctor y Maestro con los mismos derechos, libertades, exenciones y privilegios que los de otra cualquier Universidad.

La Bula impresa, cotejada con su original por José Herrero, procurador y notario en la nunciatura de Madrid, se guarda en lo que en su día debió ser libro de Bulas y Reales Cédulas concedidas al convento de San Agustín de La Laguna, que los frailes comenzaron a formar en 1751 y actualmente se conserva en el Archivo Histórico Provincial de S/Cruz de Tenerife.

Existe copia del documento en el Archivo de la Real Sociedad Económica de Amigos del País de Tenerife, Fondo RM, 284, fols. 19-22. En base a esa copia de la Real Sociedad, la Bula ya fue publicada por José Escobedo y González Alberú (*La Universidad de Canarias. Apuntes para su historia desde su primera fundación en 1701 hasta el presente*, documento nº V, págs. 114-117) y por José Rodríguez Moure (*Historia de las Universidades Canarias*, Apéndice, págs. 90-94). Rodríguez Moure también publicó una traducción castellana.



# BENEDICTUS PAPA XIV.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

**A**TERNÆ Sapientiæ consilio ad Ecclesiæ Catholicæ per Universum Terrarum Orbem effusæ regimen meritis licet imparibus evecti laudabilibus in Studiis, per quæ Christifidelium præsertim in remotissimis ab hac Sancta Sede partibus degentium in sana doctrina institutioni, atque eruditioni consulitur, peculiarem Pastoralis muneris nostri sollicitudinem, cum à Nobis petitur, libenti animo adhibemus, sicut omnibus maturè perpensis conspiciamus in Domino salubritè expedire. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti Filii modernus Prior Provincialis, necnon ceteri Superiores, & Fratres Provinciæ Insularum Canariarum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, quod aliàs pro parte tunc existentium Fratrum, & Scholarium Conventus ejusdem Sancti Augustini Oppidi Civitatis nuncupati Lagunæ in Insula Tanarifæ Canariensis Diocesis Ordinis præfati, fœl. rec. Clementi PP. XI. prædecessori nostro exposito, quod in Insulis Canariis nulla reperiebatur Studii Generalis Universitas, in qua Studentes illarum partium ad gradus Scholasticos se promoveri facere valerent, ideòque dicti Studentes pro gradibus hujusmodi assequendis in Hispaniis se conferre, & iter per Mare mille ducentorum, & terras trecentorum milliariorum non sine maximo vitæ discrimi-

mi.

mine, & expensis peragere debebant, ac sæpè contingere solebat aliquos ex illis à Mauris capi, & mancipari, & in eadem expositione subjuncto, quod supradictus Conventus de Laguna primus, principaliorque dictæ Provinciæ erat, in eoque Grammaticam, ac Artes, seu Scientias, & Facultates Philosophiæ, & Theologiæ tam Scholasticæ, quàm Moralis tradebantur, ideòque plurimum cupiebant, ut Scholares dicti Conventus in Artibus, seu Scientiis, & Facultatibus hujusmodi ibidem laureari, & ad Scholasticos gradus promoveri valerent, idem Clemens prædecessor hujusmodi supplicationibus inclinatus omnibus, & singulis Scholaribus in dicto Conventu sufficienter edoctis, ut in & super Facultatibus, & Artibus supra expressis, Philosophiæ scilicet, necnon Theologiæ Scholasticæ, & Moralis in eodem Conventu laureari, & ad Doctoratus, & Magisterii gradum, & honorem publicè provehi, & insigniri valerent, ita tamen, ut in omnibus, & singulis Lectoribus, Magistris, & Laureandis Sacri Concilii Tridentini *Cap. 1. sess. 5. & cap. 2. sess. 25. de Reformation.* necnon Constitutionis scelic. record. Pii PP. IV. eidem prædecessoris nostri, quæ incipit: *Sacro sancta, &c.* dispositio servaretur, autoritate Apostolica sub certis modo, & forma tunc expressis concessit, & indulgit, & alias prout in ipsius Clementis prædecessoris literis in simili forma Brevis die IV. Junii M.DCC.I. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur. Quoniam autem Exponentes prædicti, qui (ut asserunt) in dicta Civitate, & Collegio præter eos, qui Grammaticam, Philosophiam, & Theologiam Moralem, & Scholasticam edocentur, reperiuntur etiam ii, qui Jus Canonicum, & Civile, necnon Medicinam, seu Medicinæ Artem, ac Mathematicam, aliaque bonarum Artium Studia docere possunt, ac propterea Exponentes præfati, qui non solum ad Naturalium dictarum partium Animarum salutem, verum etiam ad publicam utilitatem attendunt, considerantes, quod in Insulis prædictis, sicut præmittitur, nulla alia Studii generalis Universitas reperitur, & ut Juvenes ad bonarum Artium Studia ~~excitentur~~ *excitentur*, & in illis faciliùs imbuantur, & ii postquam Studia hujusmodi compleverint pro assequendis gradibus prædictis tot Maria remeare, & longum iter non sine magnis sumptibus, & propriæ vitæ discrimine peragere coguntur, & interdum propter eorum paupertatem absoluto Studiorum cursu ad aliquam Studii generalis Universitatem se conferre nequeunt; supradictam facultatem à memorato Clemente prædecessore, ut præmittitur, concessam promovendi ad primodictos gradus, ad supradictas omnes alias facultates per Nos extendi, & ampliari summopere desiderant, prout alias scelic. record. Gregorius XIII. die prima Aprilis M.D.LXXVI. Universitati Studii generalis in Conventu Sancti Thomæ Civitatis Abulensis erectæ, & Innocentius XIII. Romani Pontificis prædecessores nostri prout Conventu Sancti Joannis Laterani nuncupati Avana Cuban.

*Errimendat. eos. val.*

Dice-

Dioecesis in Indiis Occidentalibus Ordinis Fratrum Prædicatorum die XII. Septembris M.DCC.XXI. concesserunt. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, modernis, & pro tempore existentibus Superiori, & Fratribus dicti Conventus Sancti Augustini Oppidi Lagunæ facultatem conferendi gradus in illis scientiis, & facultatibus, quæ in eodem Conventu edocentur, & leguntur, dummodò tamen Scholares, sive Sæculares, sive cujusvis Ordinis Regulares Studiorum cursus super iisdem facultatibus inibi, vel alibi compleverint, & perfecterint, servatis alias servandis, prout moris est, & in aliis publicis Studiorum generalium Universitatibus servari solet, ita tamen, ut Scholares præfati absoluto Studiorum cursu ad Baccalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratus, & Magisterii solitos gradus, prævio tamen examine inibi habendo, assistentibus quatuor in eadem facultate Doctoribus, vel Licentiatis, seu ejusdem, vel alterius Ordinis Præsentatis per Priorem, seu Regentem dicti Conventus pro tempore nominandis, & deputandis illorum votis juratis se promoveri facere, eorumque graduum solita insignia recipere, necnon Prior, & Fratres præfati eosdem Scholares ad dictos gradus promovere, exceptis tamen Magisteriis Provinciæ illius Fratribus assignari solitis, illorumque solita insignia eis impendere, & conferre, ac quoties opus fuerit, illuc Lectores inducere, & Lectores assignare liberè, licitè, ac validè possint respectivè, servata tamen in reliquis prædictarum Clementis prædecessoris literarum forma, & dispositione autoritate Apostolica tendere præsentium concedimus, & indulgemus; ac insuper quibusvis Baccalaureis, Licentiatis, Doctoribus, & Magistris in ipso Conventu Sancti Augustini Oppidi Lagunæ ad dictos gradus hætenus promotis, & pro tempore promovendis, quod omnibus, & singulis privilegiis, indultis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, favoribus, & gratiis, quibus in quacumque Studii generalis Universitate juxta illius ritus, & mores ad singulos gradus prædictos respectivè promoti utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, similiter, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, & gaudere liberè itidem, & licitè valeant autoritate, & tendere præfatis pariter concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem præfatas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore;  
suos

suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & in futurum spectavit, plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ idem Clemens prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo dilecti quoque P<sup>ri</sup>ncipis moderni, seu pro tempore existentis Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Martii M.DCC.XLIV. Pontificatus nostri Anno IV. D. Cardinalis Pafsioneus. Loco ✠ Sigilli.

*Ego infra scriptus Josephus Herrero, Notarius Apostolicus, Procuratorque Numerarius Tribunalis Nuntiaturæ Hispaniarum, fidem facio, & attestor per præsentem, qualiter hoc præsens transumptum typis impressum reperitur extractum, & exemplatum ex literis originalibus, mihi ad hunc effectum exhibitis per R. P. Fr. Gasparem Spiritus Sancti Jordan Verano, Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, Procuratorem Generalem Provinciæ Insularum Canariensium, eidemque restitutis, atque diligenti facta collatione cum illis, bene, & fideliter concordare inveni. In quorum fidem hic me subscripsi, & subsignavi requisitus. Matrili Toletana Diocesis die vero a Junii, Anni millesimi septingentesimi quadragesimi quarti.*

*Intertim & Ratatum*  
*Josephus Herrero*

